

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 243. Observanda circa absolutionem injicientium manus violentas
in Clericos, vel Religiosos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

res à Sede Apostolica licentiam, absolvendi
quacumque fidèles, à casibus quantumcumque
enormibus, etiam Sedi Apostolica reservatis,
sicut in vim licentia hujusmodi absolvere non
possunt seculares à casibus sibi ab Episcopo re-
servatis; ita nec absolvere fratres suos à cas-
bus reservatis Superioribus suis.

2712 **Q**uod in vim licentia hujusmodi absolyvere
nequeant seculares à casibus sibi ab Episcopo
reservatis, Clemens X. expresse declaravit in Bu-
la spē memorata, dicens: habentes facultatem ab-
solvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolica re-
servatis, max idem à casibus sibi ab Episcopo re-
servatis, max idem à casibus Episcopo reservatis posse
absolvire. Et ratio est, quia Pontifices non intendit
dum Episcopis auferre potestatem reservandi cer-
tos casus, sibi per Concilium Tridentinum attri-
butam; in eo integrum servare. Ut enim Gre-
gorius Magnus ait: si sua unicuique Episcopo ju-
risdictio non servatur, quid ait ad agitum, nisi ut
per Nos, per quos Ecclesiasticus casuadiri debuit or-
do, confundatur?

2740 Quid etiam nequeant, in vim ejusdem facul-
tatis, absolvire fratres suos à casibus reservatis
Superioribus suis, ipsi etiam Pontifices sibi ex-
preisse declarauit, prout ostendo in laudato
tractatu. Et ne privilegia à Sede Apostolica con-
cessa cederent in destructionem, non in edificationem
recti regimur, Urbanus VIII. ibidem
relatus declaravit, Apostolicae Sedis intentionem
semper fuisse esse, ut non obstantibus quibut-
cumque privilegiis eligendi Confessarium, vel a
reservatis absolvendi, Religiosi, quantum ad Sa-
cramenta Preceptaria administrationem, subjecti
sunt ordinaria dispositioni suorum Superiorum,
nec proinde posse, aut potuisse, in vim Bulla
Crucis, seu aliorum quorunquecumque privile-
giorum, sibi eligere Confessarium, à Superiori-
bus ad id non deputatum, nec absolvī à casibus
Superioribus reservatis.

C A P U T C C X L I I I .

Observanda circa absolutionem injicentium ma-
nus violentas in Clericos, vel Religiosos.

2741 **C**anone sequitur suadente 17. q. 4. sic habetur:
sequitur suadente diabolο.... in Clericum, vel
Monachum, violentas manus injecerit, anabemaz-
sis vinculo subjaceat: & nullus Episcoporum il-
lam presumat absolvere (nisi mortis urgente peri-
culo) donec Apostolico consuetu[m] praetetur, &
ejus mandatum suscipiat. Sic Innocentius II. sta-
tuit in Concilio Lateran. c. 15. Circa cuius intellig-
gentiam nonnulla observanda sunt.

2742 Primò, eos qui privilegium habent in foro con-
scientia absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apo-
stolica reservatis, extra Bellam que in die Ce-
næ Domini legi confuevit, ab illa injectione exta-
ria Italiana absolvere posse, nisi cum Episcopus
loci sibi specialiter reservaverit. Tametsi enim Cle-
mens VIII. anno 1605. exceptit quinque casus,
scilicet violationem immunitatis Ecclesiasticae, vi-
olationem clausurae Monialium ad malum finem,
provocationem & pugnam in duello, injectionem
manuum violentiarum in Clericos, timoriam rea-
beneficialis: exceptionem istam solum fecit pro Re-
gularibus intra, non extra Italiam.

2743 Secundò, non omnem Clerici vel Monachi
percussione esse reservatam, neque excommuni-
cationi obnoxiam. Triplex namque est percus-
sio, levis, gravis, enormis.

Levis est quæ non odio, vel invidia, vel gravi-
tatione sit, sed levitate jocosa sit, ut dicitur

cap. super eo extra de sent. excom. Subinde enim
inter jocondam levis exurgit iracundia motus,
qua unus alterum manu tradit, vel parum per-
cutit in naflo, v. g. abque nota gravis despiciens.
Nea percussio inde censeatur gravis, quod sanguinis
effusio secuta fuerit ex naflo, maximè in scilicet.
Quamvis ergo gravis percussio censeatur, quando
processit ulque ad effusionem sanguinis ex mem-
bro unde facile sanguis exire non condescit, ut
Doctores notant apud Fagnanum in 2. p. l. 5. De-
cretal. ad cap. cum illorum de sent. excom. n. 181.
ipse tamen Fagnanus, post Innocentium, Hohen-
heim, Joan. Andreæm, Marianum, Socinum
& communiter Doctores admittunt modicam &
levem percussione in naflo, eti languis exire
ab eo, maximè cui exire conseruit, præferim in
aestate.

Et hujusmodi percussio Clericorum, vel Mo-
naichorum inter se, non est casus reservatus, ne-
que excommunicationi obnoxias, ut constat ex
citato cap. super eo, vidi sic: super eo vero quod
confusione postulati, utrūm Scholares, si se invicem
in plena, vel minori atate, Clerici vel Religiis viri
in claustris percuserint, secundum canonem ultimum, quo
statutum est, ut illi qui in Clericis violentas manus
injiciant, mittantur ad Apostolicam Sedem, pro sua
absolutione debent venire? Inquisitionis tua responsio
datur, quod si Clerici infra pabiles annos se ad
invicem, aut unus alterum percuserint, non sunt ad
Apostolicam Sedem mittendis, quia eis etas excusat.

Nec Clerici, si sunt plena etatis, & non odio,
vel invidia, vel indignatione, sed levitate jocosa,
je ad invicem percussere contingat. Neque Magis-
ter, si Scholarem Clericorum intueta disciplina vel
correctionis percuserit: quia non potest in ipsi in-
jectione manum violentia notari. Ceterum si ex etate
suae Scholares, vel seculares Clerici se per-
cerint, pro sua absolutione debent ad Apostolicam
Sedem venire.

Gravis percussio est, quæ est graviter injuria, adeoque mortale peccatum in ratione injuryæ.
Quam tamen Clemens III. cap. percussione cod. tit.
leven vocat comparativè ad etorim, canique, non Sedis Apostolice, sed Episcopo referat.

Enormis, seu atrocis percussio (que sola et Pape 274
reservata) est si ad mutilationem membrorum, vel effu-
sionem sanguinis (copiosam, prout Gloriosa intelligi,
& quidem è membro de quo facile sanguis exire
non conseruit, prout supra dixi) est percussio,
aut in Episcopum, aut Abbatem violenta manus
injicit, ut habetur citato cap. cum illorum.

Unde quadruplici ratione percussio dicitur. 1.74
normis & atrocis, ut nota Fagnanus ibidem n. 19.
20. & 21. Primo, ratione quantitatis facti, ut si
oculus effodiatur, cap. si ev. anglic. dist. 55. figuris
vulneretur, si fulibus cedatur, & atrocis fit de in-
juris. Secundo, ratione qualitatis personæ, ut si
in Episcopum, vel Abbatem, seu Prelatum, fit
violentia manus injicta. Talis quippe excelsis sem-
per gravis est & enormis. Fagnanus ibi post Ho-
nensem. Et idem est (inquit) si in Priorum
fum, locum Abbatis resercentem. Idem quoque
quando inferior in superiore fum, filius in pa-
trem, discipulus in magistrum, parochianus in
Parochum suum. Tertio, ratione scandali, ut si
fit coram multitudine populi. Fagnanus ibidem
n. 22. Quartò, ratione loci, velut (inquit Fa-
gnanus) si in theatro, in foro, in conspectu Pro-
toris, & à fortiori si in Ecclesia, vel Cemeterio,
Choro, & maxime in Altaris ministerio. Uno
verbo, pensanda sunt omnes circumstantie, eriam
modus percussendi, gradus persone tam percus-
sio, quam percussentis, ut si dignior à viliori per-
cutiatur, ipsaque contumelie ratio habenda. Si
enim alapa impingatur Clerico in actuali altaris,
vel concionis ministerio; si pugno vel calciosum,

petatur in Choro, vel solenni supplicatione; si faveat ejus contumelioso modo dilaceretur; si facies vel caput luto, atramento, stercore, urinâ, spissis stœdatur, &c. certè non leves sunt illiusmodi percutições, sed vel graves, vel etiam atroces & enormes.

2748 Porrò canonem *siquis suadente 17. q. 4.* de percussione enormi alii canones explicant, ut nota Natalis Alexander Th. Mor. 10. 4. 1. 2. c. 5. a. 7. reg. 36.

CAPUT CCXLIV.

Peccatum habens reservatum, non potest, extra mortis articulum conficeri Sacerdoti non habenti potestatem in reservata, neque hic servare à reservatis, sive à non reservatis ipsum absolvere.

2749 Ratiō est, quia Tridentinum scilicet 14. c. 7. exp̄s̄ declarat, quod Sacerdotes inferiores extra mortis articulum nihil possunt in casibus reservatis, idque id quoniam poenitentibus persuaderemur nitarunt, ut ad Superiorēs, & legitimos Judices pro beneficio absolutionis accedant. Ecce tūlum mortis excipit articulum; nullam verò aliam necessitatē.

Proinde si Parochus, casum habens reservatum, festo die celebrare debet, ut populus Sacrum audiatur, nec id absque gravi scandalo omittere queat, nec Vicarium substituere, nec adire Superiorēm, seu habentem in reservata potestatem; prundi se gerere debet, ac si Confessarius copiam non haberet; tunc habeat copiam Confessarii approbat pro casibus non reservatis; utope qui ipsū non quidem à non reservatis absolvere potest, ob eorum coniunctionem cum reservatis, à quibus absolvere non potest.

CAPUT CCXLV.

Confessarius, qui, non obtentā ad id facultate, absolvere audet, vel presumit à casibus Sedis Apostolicae, vel sibi ab Episcopo reservatis, excommunicationem ipso facto incurrit.

2750 Ille enim habetur in Decretis S. Congregationis Cardinatum, Episcoporum, & Regularium negotiorum prepositorum, à Clemente VIII. Paulo V. & Urbano VIII. confirmatis. Id verò audient, vel prouinunt, qui scient id faciunt, vel ex ignorantia crasla vel affectata, inquit Natalis Alexander hinc regulā 41.

CAPUT CCXLVI.

Confessarius, qui id seu scienter fecit, seu ignoranter, penitentem ad confessorem, si posset, revocare tenetur, obienaque facultate absolvere; vel certè manere de errore, ut Superiorēm adeat, seu habentem facultatem. Si neutrū posset, peniteat, Deoque negotium commendat.

2751 Ita S. Antoninus 3. p. tit. 17. c. 12. ubi sic: *quicumque absolvit aliquem ab aliquo peccato, in casu in quo non potest... quia reservatus est... praterquam quodd ḡ aviter peccet, quando absolvit scienter, vel etiam quando ignorantia juris crasla... tenet illum, quem sic absolvit, avisare de errore suo, si cognoscit, vel potest inventire... quando fieri potest sine scandalo notabilis. Unde in Concilio Bileensis quidam Peritus, habita super hoc collatione, dixerunt, quod talis Confessor petat autoritatem à Superiorē super hoc casu, à qua non potuit absolvere, & tamen absolvit. Quā habita, vocet illam (quem absolverat cum non posset) & per aliquem modum coepertum interroget de aliquibus quia sibi*

confessus est, quasi melius volens informari, ac si non plene intellexisset, & siqua alia commisit criminia posset. Et sic absolvat ab omnibus iterum, & tunc, & prius aliis auditis. Vel si magnū scandalum ex hoc timeretur... committat summō Sacerdoti, feliciter Clerigō, prelertim quando multitudine est sic neglecta, vel multū distans à loco, ubi est Confessor.

CAPUT CCXLVII.

Facultas ab Episcopo obtenta, absolvendi à casibus ipsi reservatis, non cessat, mortuo Episcopo.

Contraria est opinio Natalis ab Alexandro regalā 34. Deligatione enim (inquit) morte delegantis extinguuntur, uti habetur L. & quia si de jurisdictione omn. Judic. Sed alterio nostra communis est, & certa, ex cap. si cui de prebend. in 6. & cap. si super gratia de offic. deleg. ead. lib. ubi dicitur, quod gratia non exprimat per mortem concedit.

Neque obstat ratio P. Natalis, utpote solum procedens in concordantibus jurisdictionem continentiam.

CAPUT CCXLVIII.

Confessarius, tam secularis, quam regularis, (alias non habent potestatem in reservata) in Diocesi in qua est approbatus, penitentes ex alia Diocesi ad se accedentes, absolvere potest à casibus in illa Diocesi reservatis, si reservati non fuerint in Diocesi, in qua est approbatus, nisi esdem penitentes neverit in fraudem reservationis, ad alienam Diocesim pro absolutione obtinenda migrasse.

Ita pro Regularibus declaravit Clemens X. Bul. ²⁷⁵² là superius magis Patris familiis, ubi dicit: posse regularē Confessorem, in ea Diocesi in qua est approbatus, confluenter ex alia Diocesi, à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi esdem penitentes neverit in fraudem reservationis, ad alienam Diocesim pro absolutione obtinenda migrasse.

Ratio verò cur hoc possit Confessarius, etiam ²⁷⁵³

secularis, etiā tunc quia viator, tempore quo foris est, forit forum penitentiale in loco ubi constitutus, prout ab Eugenio IV. declaratum testatur Cajetanus in Summa, verbo *absolutio*. Neque enim legibus proprii territorii tenetur extra illud.

Tum quia reus judicari solet secundū leges &

consuetudines loci, ubi fertur de ipso iudicium,

CAPUT CCXLIX.

Tame si Confessarius, habens facultatem absolvendi à casibus S. Pontifici reservatis, à censuris etiam absolvere posset; Confessarius tamen, habens facultatem absolvendi à casibus Episcopi reservatis, non ideo potest absolvere a censuris ipsi reservatis.

Ratio prioris partis est, quia alias à nullo casu sibi S. Pontifici reservato absolvere posset: cum nulli catus S. Pontifici reservati sint absque censura.

Ratio posterioris partis est, quia cum Episcopi reservare soleant casus absque censura, & aliud sit casus reservatus, aliud censura reservata; facultas concessa ad unum, non censetur ad alterum, concessa, nisi exprimatur.

Hhh 3